



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

In Josve.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79869](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79869)

duo illa Principia, Opificem nempe judicem, & justum; & Bonum, Deum; tertium à Marcione fuisse inductum, Malum nempe, qui & Diabolus. Trium ergo suorum principiorum hoc bonum, justum illud, tertium malum esse fingebat. Auctor Dialogi de orthodoxa fide quosdam scribit à Marcionis schola tria hæc ponere principia; ita ut principium bonum justum non sit; justum item non sit bonum; malum nec justum sit, nec bonum; alios vero ex eadem schola duo tantum, ut mox ostendimus, statuere principia, bonum & malum. Christum autem Opifice natum quidam è Marcionistis; alii ex illis Malo progenitum cum statuiebant. Id commentum Syriacum eundem, non Marcioni, Eusebium adscripsisse testatur Auctor Prædestinati à Sirmondo editi lib. i. Har. 21. At Tertullianus lib. i. adv. Marcionem, cap. 6. duo duntaxat posuisse illum principia asserit: Alioquin, inquit, certi Marcionem disparem Deos constituere; alterum judicem, ferum, bellicipotentem; alterum mitem, placidum, & tantummodo bonum atque optimum.

ἰστέον τὸν θεὸν φέροντα τὸν πῶτον, &c.] Valentiniani, eorumque consecranei, cum triplex hominum genus statuerent, πνευματικῶν, ψυχικῶν, & σαρκικῶν, seu χερσικῶν, postremos illos ad interitum factos à Deo, boni quicquam agere non posse decernebant. Vide Nos ad Comm. in Matth. 17. 24. p. 317. & in Joh. 4. 46. Tom. 18. & in Johann. 8. 41. Tom. 22. Videndus quoque Origenes Philoc. cap. 20. ex Tom. 3. de Princip. ubi quæcunque fere hic disserit, continentur: & cap. 24. & 26. ejusdem Philocaliæ: & Homil. 6. in Exod. & Homil. 2. in Jerem. ubi Manem Origenis ætate posteriorem perstringi falsò Genebrardus existimavit: & libr. i. ἀπὸ ἀρχῶν, cap. 5. & 8. & libr. 2. cap. 11. & Tract. 35. in Matth. & libr. 5. contr. Celsum. Videndus item Irenæus libr. i. cap. 1. & Tertullianus adv. Valentin. & Epiphanius Har. 31. cap. 7. Porro in eam videntur inducti sententiam Valentiniani ex 1. Joh. 3. 9. 10. & 1. Joh. 5. 4. 18. & Judæ 19. Præluferant ipsis Stoici simile quid propugnantes; quos eleganter confutat Cicero in libro de fato.

P. 19. καὶ ἡ κατάξις, &c.] Verissimum est quod à Genebrardo, & deinde à Tarino observatum est, legisse Origenem: καὶ κατάξις, id enim omnino ratiocinatio ejus postulat. Et ab Ebraico quoque contextu negandi particulam abfuisse Origenes ipse testificatur. At universæ quæ hodie circumferuntur, tum Ebraei exemplaris, tum LXX. Senum Editiones habent וְהָיָה, καὶ ἡ κατάξις, cui scripturæ omnes omnino Interpretes consentiunt.

ἀνέκδοτος ἰσχυρὸς ὅς ἐστι σωματικῶν, &c.] Ita P. o. legebat Tarinus, unde Interpretationem, quam nobis proponit, quomodo exsculperet potuerit, non video. Legendum, ἐκτελεσῶν, & mox, παρ' ἐαυτοῦ, id quod vidit Genebrardus.

ἀνδρὶ ὁν ἐκ δαδίστα σὲ &c.] Hæ ex Ezech. P. 21. 24. 13. petita sunt, ut ex Ebraeis, & Vulgata, & reliquis interpretationibus satis constat. At vulgata ὅς ἐστι Editiones multum inde recedunt.

καὶ εἴτε δι' ἐνδὴν,] Ita Homila 5. in Ezech. P. 22. quam vertit Hieronymus, conceptus est iste Lucæ locus: Ignem veni mittere super terram, & utinam jam ardeat. Hinc confirmatur prolata ab Hugone Grotio loci hujus Lucæ interpretatio, qui in antiquis Codicibus ita scriptus exstat: καὶ τί θείω, εἰ ἢ δὴ ἀρῶθῃ; Hunc autem ita distinguit Grotius: καὶ τί θείω, εἰ ἢ δὴ ἀρῶθῃ. & sic exponit: Quid autem est quod opto? Utinam jamjam accendatur. ei enim cum Indicativo, Utinam, apud Hellenistas significare erudite confirmat. Huic expositioni adstipulantur non Syrus modo, sed Arabs etiam, & Persa; & multo magis ipse, ut liquet, Origenes, quem non ita in Luca legisse crediderim, uti hoc loco scriptum est; sed quum locum ex memoria recitaret, sententiam eandem aliis verbis retulisse verisimile est.

P. 24.

ἐν ταῖς αὐταῖς εἰς τὴν ἐξουσίαν σημειώσεων.] Quid sint σημειώσεις, diximus in Origenianis libr. 3. cap. 2. Hac appellatione scripta ea continentur quæ ad aliud scriptum adjiciuntur. Itaque plena Commentaria, quos Tomos inscripsit Origenes, & Scholia vocabulo isto significata reperias; nam utraque ad contextum adjiciebantur, cujus gratia fuerant elaborata. Hoc autem loco Tomi notantur.

IN LEVITICUM.

οἱ δὲ τῶν ἀδελφῶν, &c.] Marcionistas, P. 26. aliosque eorum συμμύσας lacessit.

IN JOSUE.

ἀπὸ τῶν τοῦτων ἀναγνώσεων.] Et mox: ἐκλήμμεθα ἀπὸ μὴ ἀναγνώσεως τὴν ἀκούσαν μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι. τίς οὖν ἡ ἀπὸ μὴ ἀναγνώσεως τὴν ἀκούσαν τῶν τοῦτων ἀναγνώσεων λεκτικόν; & sæpe lectionis Scripturæ mentionem facit hoc capite; præcæ enim Ecclesiæ ea consuetudo fuit, ut populo ad sacra coacto partes quasdam Scripturæ prælegi, & à Concionatore exponi Episcopus curaret.

P. 28.

P. 27. *ἢ ποτέ τις ἡμῶν ἰδὼκεν.*] Plinius lib. 8. cap. 16. & lib. 28. cap. 2.

IN LIBR. REGUM.

P. 28. *τὰ ἀναγνωσθέντα πλείονα ἔστι &c.*] Id moris erat apud Veteres, uti mox adnotabamus, ut quum ad sacra confissent, certa quædam Scripturæ capita populo prælegerentur, quæ fusa postmodum oratione, ad arbitrium Episcopi, & ad præfinitum tempus, præsentibus etiam Catechumenis concionator explanaret. Origenes paulo inferius: *τεσσαρὼν ἑσὼν περικεκοπὴν, ὡς ἐκαστὴν ἀναγνώσκειν ἐκείνην, ἀλλὰ ὅτι τοῖς διωκμένοις ἐκτάζειν διωκόμενα σχολῆσαι ὡς καὶ ἡμεῖς συνάξαις, ἀλλὰ καὶ πλείονα, ὅτι πῶς ἐκάλετο ὁ ἐπισκοπὸς ἀποστείλατω ἡ τεσσαρὼν, ἵνα ἑκαστὸς ἀπολυθὼν μὲν τὰ ἑκείνην ἱερὰ σερμύδου, φρεὶν ἐξέλκεται* & lib. 3. contr. Celsi: *τί τούτοις ἀναπλήρων ἀνάτρεμεν, οἱ καὶ δι' ἀναγνώσεως, καὶ διὰ τὸν εἰς τὰ ἀναγνωσμένα διηγήσεων ἀποστέποντες μὲν ἐπὶ πῶς εἰς διόν των ἑλὼν ἐνσέθεν*; & Homil. 12. in Exod. & Hom. 7. in Levit. & Homil. 6. & 15. in Num. Morem hunc eleganter describit Justinus Apolog. 2. Nec viris solum Deo consecratis, sed Laicis etiam id muneris aliquando Episcopi demandabant. Quod in Origene nondum Presbytero factum ab Alexandro Hierosolymitano, & Theodotisto Casariensi Episcopis cum Demetrius Alexandria Episcopus reprehenderet, ipsi auctores facti aliorum multorum exemplo excusantur, ut est apud Eusebium, Concionem demum excipiebat precatio: quod discere licet ex Homilia 36. Origenis in Lucam, Hæc consuetudo ē Synagogis Judæorum in Ecclesiis Christi transit: ibi enim erant ἀναγνώστῃ, & ad suos usus Scripturam in sectiones populo prælegendas distribuebant; & quæ prælecta fuerant, exponebantur. Quod si extraneus aliquis dignitate, meritivæ præstans adesset, copiam ei legendi, & discernendi faciebant. Fidem his faciunt quæ narrat Lucas cap. 4. v. 16, 17. & seq. & Act. 13. 14, 15, 27. Eundem igitur dividendæ in περικεκοπὴς Scripturæ, & ad populum prælegendæ, & exponendæ morem usurparunt Christiani, Quoniam autem aliquando περικεκοπὴ longior, aliquando brevior, quæque versiculum duntaxat unum contineret, populo prælegebatur, inde factum ut ἀναγνώσκειν idem sit aliquando ac περικεκοπὴ, aliquando idem ac versiculus, ἀναγνώσεις seu ἀναγνώσματα Græci Patres, Latini Lectiones appellant, unde hodieque in Liturgia Missæ, *Lectione Epistolæ*: inde etiam Lectores: inde & Lectionaria.

Euseb. lib. 6. Hist. cap. 19.

Vide nos infra in Job. 2. 12. & seq.

τεσσαρὼν ἑσὼν περικεκοπὴν, &c.] *ἀναγνώσκειν* hic appellat, quæ in usitata Bibliorum distinctione Capita censentur. Quamquam alia tunc erat sacrorum Librorum divisio atque nunc est: suos enim Versus, sua Capitula, suos Titulos habebant à nostris plane diversos. Id veterum Scripturæ Interpretum Commentarii satis probant, qui suis distincti sunt Capitibus, à nostris omnino alienis. Vulgata ista, quam usurpamus, distinctio recentior est; nec Scripturæ solum, sed exoticorum quorundam auctorum, qui olim uno contextu & serie descripti, suis nunc ornati Capitibus, & Titulis videntur. Id ante annos circiter mille in Aristotele, & aliis compluribus studiosorum hominum cura attentavit; quorum industriam æmulati hujus ætatis Critici, Auctores hodieque divellunt. Non negamus tamen Scriptores aliquos, Agellum puta, Librorum suorum capitibus titulos præfixisse. Sed hæc suo loco discernenda sunt.

ταῦτα μὲν εἶπε ὁ μὲν ἐκείνους, &c.] Verte: *Talia quidem dicit, qui Samuelem revera eductum esse pertendere, ac propugnare non vult.*

μὴ ἀφ' ἀπαρτίας] Omnino legendum: *μὴ ἀμαρτυρίας*. infra: *ὡς περὶ ἰσοπέδιον τοῦ καὶ μὴ τῶν ἀμαρτιῶν ὁ δ' αὐτοῦ*

ὡς περὶ ἰσοπέδιον ἐν τῷ ἑσόντι, &c.] Redde: *Quemadmodum neminis erat Iordanem pedibus trajicere præterquam Iosue; (veri Dei figura erat ille Iosue) ita, &c.*

IN PSALMOS.

Κυκλῶς καὶ, &c.] Hilarius Pictaviensis P. 37. hæc omnia in Prologum suæ Psalmorum Explanationi præfixum transtulit.

ἰσὲς ἀμφοτέρω] De Ambrosio illo, primum Marcionista, vel, ut alii, Valentiniano, vel, ut quidam, Sabelliano, deinde ab Origene ad saniolem mentem traducto, Alexandrinæ Ecclesiæ Diacono, & in Sanctorum demum album relato, vide Eusebium lib. 6. Hist. cap. 18. & 23. Epiphanium Hæc. 64. cap. 3. Hieronymum de Scriptor. Ecclesi. & Epist. ad Marcell. aliosque complures, quos nimium esset singulos recensere. Ambrosius ille Origene assiduus ἑρμηνεύων instabat, eique sumtus & notarios suppeditabat. Id ad Hippolytum perperam retulit Photius, ex male intellectis Hieronymi à Sophronio, Sophronii à Photio verbis, quemadmodum Origenianorum libro primo, capite secundo demonstramus.

ἀγῶν τῶν ἡμῶν, ἰσὲς &c.] Videtur aliquid in hac Pericopa ad explendam sententiam desiderari.